



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 80. Borbonius Connestabilis Molini a Rege invisus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI. A.C. 1523. Leurcyo Connestabilis Cubiculario non edocti. Re percepta Rex biduo adhuc Monasterii morari voluit, priusquam Molinum peteret, ubi Connestabilis morbo detentus hærebat. Equidem Franciscus, cum nonnisi viginti Proceribus stipatus esset, hanc urbem ingredi verebatur, quocirca, donec copiæ, quas præstolabatur, adventarent, animo volutabat, quid in præsentis rerum statu decerneret. Non pauci quidem eidem auctores fuere, ut Connestabilem comprehendi juberet, rejecit tamen hoc consilium, ac suppetiis militum, quos expectabat, tandem advenientibus dixit, quod mallet clementia, quam acerbitate seditionem extinguere; hinc mox Molinum contendit, ut ipse Connestabili colloqueretur.

§. LXXX.

Borbonius Connestabilis Molini a Rege invisus.

Rex cum Connestabili perbenigne conferebat, his verbis eum alloquens: tanto te non solum ob sanguinis propinquitatem sed maxime ob virtutum tuorumque meritorum prærogativam prosequor affectu, ut illo permotus tibi, quæ percepi, sincere manifestem. Nuper a Viris rei consciis admonitus sum, quod

quod tu Rucensis Comitibus opera usus **Sæcul. XVI.**
 cum Cæsare fœdus inieris, simulque re- **A.C. 1523.**
 licto meo obsequio, spretoque tuo no-
 mine cum Regni hostibus conspiraveris, quæ res adeo abominanda mihi videtur, ut illam, cum nonnisi ab animo in desperationem acto proficisci queat, potius inane somnium, quam virile factum arbitrarer, præcipue ubi hujus defectionis causa adeo levis esse videtur, ut tam horrendum ac detestatum dignum consilium a te progenitum, haud mihi persuadere valeam. Tota enim res, prosequeretur Rex, dubio innititur eventui litis illius, quæ inter te & Matrem meam ac Procuratorem generalem agitur; hoc autem timore penitus concuti imbecillitas est animi tui robore haud digna; si enim tibi adjudicatur causa, non habebis, quod conqueraris, nec quod timeas; si vero causa cadis, tibi reddere possum, quæ iudicio amisisti, meque id lubenti animo facturum, tibi per Nobilis Viri fidem iuro (ita Rex dicta sua sacramento firmare assueverat) si tamen, subjunxit Rex, alia subest querendi causa, ut eam mihi indices volo, & spondeo, me tibi ad vota satisfacturum: Bono igitur animo esto, dolorem absterge, nec eorum suggestionibus aures præbe, qui turbata Francia exitium tibi parant, certus in-
 terim

Sæcul. XVI. A.C. 1523. terim esto, me haad amplius in tua ge-
sta inquisitionum; sola enim tua amici-
tiae promissio certum erit fidei tuæ te-
stimonium.

§. LXXXI.

*Connestabilis Responso ad Re-
gem.*

Hac Regis libertate ac clementia Con-
nestabilis animus omnino expugna-
tus videbatur, unde tam officiosam sa-
lutationem submissa gratiarum actione
rependens agebat: tua erga me Augu-
ste Rex, sinceritas, qua mentem tuam
manifestare dignaris, mihi quoque ad
ea, quæ paterno corde monuisti, respon-
dendi libertatem inspirat; ita est, nec
diffiteor, Rucensis Comes, ut ad Cæsa-
ris partes deficerem, me sollicitavit;
verum tam detestandi criminis horrore,
ac infamiae nota, quam conscientiae, ac
nomini meo inurerem, absterritus om-
nino recusabam; insuper ingenue iti-
dem fateor, quod tota indignationis
meæ caussa extiterit lis mihi intentata,
de qua Regiæ Majestati suæ sermonem
ingerere placuit; prorsus enim indigna
res mihi videbatur, quod ea, quæ Re-
ges Prædecessores tui Majoribus meis
benigne concesserant, inique mihi auf-
ferrentur; cum autem tam gratiosa Ma-
jestatis